

¶ Leo. io. concessit, q̄ tempore interdicti quā
uis auctoritate, & ex quibusuis causis pro tem-
pore appositi in quibusuis Hispanie Ecclesiis
ac locis à primis vesperis diei festi Concep-
tionis usque ad illius totalem octauam inclu-
siuē Missas, et alia diuina Officia apertis ia-
nuis, & pulsatis campanis, atque alta voce [ex
communicatis dumtaxat, et nominatim inter-
dictis expulsis] celebrare possint. Et quod sin-
guli Christi fideles non excommunicati, neque
nominatim interdicti ad Missas, & alia diui-
na Officia audienda præfato tempore, libere ad-
mitti & licitē possint. Ex Supplemento fo. 24
concess. 67. Hoc idem concessit pro tempore
cessationis à diuinis, vt docet Pater Emanuel.
Tom. i.. qq. q. 57. art. vlt. & 1. p. Summę ca.
116. concl. g. num. 9.

CONCILIVM TRIDENTINVM.

¶ Aliqua priuilegia Ordinum Mendican-
tium Concilium Tridentinum omnino abstul-
lit, aliqua restringit, alia vero modificauit, vt
patet in suis Sessionibus. Quæ omnia refert
Pater Emanuel Tom. i. qq. regul. q. 8. art. 7.
Reliqua vero Regularium priuilegia quæ nō
con-